UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

CIV. Symbolum fidei Nicaeni Concilii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

Visual Library

Anno Christi 424.

## CIV.

## *EXEMPLARIA CONCILII NICAENI,*

*directa ſub die* VI. *Kalendas Decembris, poſt conſulatum glorioſiſſimorum imperatorum, Honorii** XII. *& Theodoſii** IX. *Auguſtorum, Bonifacio vrbis Romæ epiſcopo.* *XIII. *VIII.

Cod. Can. cap. 137.

CREDIMVS in vnum Deum, patrem omnipotentem, viſibilium, nec non & inuiſibilium creatorem. Et in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre, vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non creatum, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, & cæleſtia & terreſtria. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt. Et reſurrexit tertia die. Aſcendit in cælum, venturus inde iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos vero qui dicunt: Erat tempus, quando non erat, & qui ex nihilo factum, vel ex alia ſubſtantia vel eſſentia eſſe, aut mutabilem, aut conuertibilem filium Dei dicunt, anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

Huic ſymbolo fidei etiam exemplaria ſtatutorum eiuſdem Concilii Nicæni a memoratis pontificibus annexa ſunt, de Græco in Latinum a Teilone & Theariſto Conſtantinopolitano translata, ſicuti in Concilio Carthaginenſi ſexto latius explicantur. Quapropter nos hic ea denuo conſcribi ſuperfluum iudicamus.

EPISTOLA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN